

7. Nunc hic sepultum linquimus,
 mus,

Et hinc domum discedimus:
 Ut nos paremus sedulo,
 Nam Mors adest æquò modo.

8. Servator hoc Christus velit:
 Cujus cruor nos eruit,
 Ex Satanæ potentiâ,
 Cui laus honos & gloria.

Alia Joh. Lauterbachii.

Terræ cadaver tradimus,
 De quo fideles credimus,
 Quod in novissimò die
 Novò resurget corpore.

2. Tellure terra dicitur,
 In pulverem revertitur,
 Terrâq; surget, cum suâ
 Dabit sonum Deus tubâ.

3. Æterna mens vivit Deo,
 Qui gratiæ potens bono,
 Illam nefando crimine
 Nati redemit funere.

4. Ærumna, crux, dolor, piò
 Jam finierunt termino,
 Christi jugum non horruit,
 Neci datum, vitam gerit.

5. Querela mentem non gravat,
 At ultimum diem cubat
 Corpus, novatum quod Deus
 Pater beabit cœlitus.

6. Quod